Do not sing “Xavier,” “Vianney,” or “Senensis. In the ordination of one presbyter, sing “hunc eléctum.” Pause at the / marks.

Kyrie, eléison. Kyrie, eléison.
Christe, eléison. Christe, eléison.
Kyrie, eléison. Kyrie, eléison.

Sancta María, Mater Dei,	ora pro nobis.
Sancte Míchael,	ora pro nobis.
Sancti Ángeli Dei,	ora pro nobis.
Sancte Joánnes Baptísta,	ora pro nobis.
Sancte Joseph,	ora pro nobis.
Sancti Petre et Paule,	oráte pro nobis.
Sancte Andréa,	ora pro nobis.
Sancte Joánnes,	ora pro nobis.
Sancta Maria Magdaléna,	ora pro nobis.
Sancte Stepháne,	ora pro nobis.
Sancte Ignati Antiochéne,	ora pro nobis.
Sancte Laurénti,	ora pro nobis.
Sancte Vincénti,	ora pro nobis.
Sanctae Perpetua et Felícitas,	oráte pro nobis.
Sancta Agnes,	ora pro nobis.
Sancte Gregóri,	ora pro nobis.
Sancte Augustíne,	ora pro nobis.
Sancte Athanási,	ora pro nobis.
Sancte Basíli,	ora pro nobis.
Sancte Ephraem,	ora pro nobis.
Sancte Martine,	ora pro nobis.
Sancte Benedícte,	ora pro nobis.
Sancte Francísce,	ora pro nobis.
Sancte Domínice,	ora pro nobis.
Sancte Francísce (Xavier),	ora pro nobis.
Sancte Ioannes María (Vianney),	ora pro nobis.
Sancta Catharína (Senensis),	ora pro nobis.
Sancta Teresia a Iésu,	ora pro nobis.
Omnes Sancti et Sanctae Dei,	oráte pro nobis.

Propítius esto,	líbera nos, Dómine.
Ab omni malo,	líbera nos, Dómine.

Ab omni peccáto, líbera nos, Dómine.
A morte perpétua, líbera nos, Dómine.
Per incarnatiónem tuam, líbera nos, Dómine.
Per mortem et resurrectiónem tuam, líbera nos, Dómine.
Per effusionem Spíritus Sancti, líbera nos, Dómine.

Peccatóres, te rogámus, audi nos.

Ut Ecclésiam tuam sanctam régere et conserváre dignéris,
te rogámus, audi nos.

Ut domnum apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignéris, te rogámus, audi nos.

Ut hos eléctos (hunc eléctum) benedícere dignéris,
te rogámus, audi nos.

Ut hos eléctos (hunc eléctum) benedícere / et sanctificáre dignéris,
te rogámus, audi nos.

Ut hos eléctos (hunc eléctum) benedícere / et sanctificáre / et consecráre dignéris,
te rogámus, audi nos.

Ut cunctis populis pacem et veram concordiam donáre dignéris,
te rogámus, audi nos.

Ut omnibus in tribulatióne versántibus misericórdiam tuam largíri dignéris,
te rogámus, audi nos.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre et conserváre dignéris,
te rogámus, audi nos.

Iesu, Fili Dei vivi, te rogámus, audi nos.

Christe, audi nos. Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos. Christe, exáudi nos.